Lingua Palica

Lingua Palica[1] (*Pāḷi*) est sermo medioindicus familiae Indicae, Sanscritae propinquissima, et consequenter etiam Latinae. Confer exempli causa morphologiam verbi:

> Pali: *tanō-mi, tano-si, tano-ti, tanō-ma, tano-tha, tano-nti*
> vs. Latine "teneō, tenes, tenet, tenemus, tenetis, tenent"

Ut in omnibus linguis medioindicis, multae formae in Pali remotae sunt: Dum Lingua Sanscrita imperfectum perfectumque cognoscunt, in Pali non sunt. Uniuntur in unum tempus: Praeteritum, exempli causa *a-kas-a* "fecit", ortum ex aoristo (augmentum + modificatio thematis verbi + terminationes personales speciales).

Sed systema casuum manet: Sunt nominativus et genitivus et dativus et accusativus et ablativus et locativus et instrumentalis et vocativus.

In Buddhismo, Pali est una ex nonnullis linguis sacris; Gautama Buddha ipse Linguam Pali locutus esse supponitur.

Lingua Palica Pāḷi	
Taxinomia:	lingua Indoeuropaea e familia Indoiranica
Status:	unus e linguis medioindicis necnon Pracritis
Sigla:	1 pi, 2 pli, 3 pli
Usus	
Aevum:	saec. II a.C.n. – saec. IV vel V p.C.n.
Situs:	India septentrionalis hodie lingua sollemnis Buddhismi Theravadae
Litterae:	Litterae Palicae
Scriptura:	Devanagari, Sinhala, scripturae fere omnes Asiae meridionalis-orientalis, Latina

Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae

Notae

1. "Palica lingua": Christianus Lassen, *Institutiones linguae Pracriticae* (Bonnae, 1837) (Textus (https://books.google.com/books?id=L0gMAAAAYAAJ) apud *Google Books*) pp. 42, 60, 61; "litterae Palicae": ibid. p. iii